

das peperit, integrasque urbes evertit. Quemadmodum cum aliquem amore prosequimur, maxima quolibet illius flagitia, levissima nobis videntur; ita cum aliquem odimus, levissima sunt intolerabilia; & quamvis vox aliqua temere prolata exciderit, illam ex animo infenso proficisci putamus. Præcipit Sanctus Paulus, ne sol occidat super iram vestram; metu enim ne si nox solum deprehenderit eam, qui se solum putat, illius exasperet vulnera. Interdum affectus iste distractionibus, & mundi commercio dissipatur; sed nocte, cum solus es, animo reputas injuriam, qua affectus fuisti, in anima tua vehementiores motus excitantur, & ira magis, magisque irritatur. Quod malum prævidens S. Paulus imperat, ut antequam sol occidat, refarciatur gratia: ne demon ex nocturna quiete occasionem arripiat ira inflammanda, oleique camino addendi. *Ex quadam S. Chrysostomi homilia.*

Ira brevi militia, temporis intervallo plurimum parit malum.

De lenitate ira opposita.

De lenitate ira opposita.

Matth. 11.

Ira vis.

se patet actionum ejus indignitas; hanc tamen potius inspicere delectat. *Liber inscriptus: Remarques sur divers sujets de Religion, & de Morale. Tomo 2.*

Nocti (Auditor) quinam sint ira effectus; sive enim illam tanquam Philosophus, seu tanquam Christianus intuearis, gravissima profecta mala producit. Ut unam rationem consulamus, ullusne sensus est iniquitatum cordis? In affectus hujus furoribus modum servamus, atque intra æquitatis cancellos nosmet continemus? Licet hodierna quoque die reposcere fas esset oculum pro oculo, numquid ad irato esset repolcendus? Ira amplificat ea, de quibus apud inimicum nobis est conquerendum; ira elicit, ut ultra acceptam injuriam aliquid repetamus. In causa aliena æqui iudices estis. Quoties vidistis homines, contumelias ad iracundiam provocatos lapsas satisfactiones exquirere, & oblatas non acquirere; vos sane injuriam eorum cupiditate damnastis. Hi tamen fortasse viri erant aliquo cordati; sed affectus illos injustos effiebat. Ceterum si politicam quoque rationem expendamus, ira nos in mortalium omnium fabulam, ludibriumque traducit; nos æqualibus contemptibiles facit, atque communem omnium in nos consistit indignationem. Quoniam haberi potest in pretio homo furiosus, qui ob quadam causas in iras exardet, & quem nulla res potest compescere? Quanam in re utilis esse potest mortalibus? Proculdubio vestra non discrepat sententia, Auditoris, ideoque vos ipsi cum eo tem habere nolle protestemini. *Sermo Manuscriptus.*

Sol non occidat super iracundiam vestram. Ad Epistolam. 4. Ad Thimotheum. Ira effectus prævertendos, ac prohibendos ne illa mutetur in odium, opus est inquit Apostolum, ut diei finis iniquitatis iracundie. Hoc quidem consilium centies fortasse audistis, at quanne sensum illius estis assequuti? Cur, Sanctus Chrysostomus inquit, ira vestra finem statuit solis occasum? Cur vult, ne noctis umbra in animis vestris inveniat otium? Quia, Sanctus hic Doctor responderet, ægritudinem objecta in noctis requie ceteratervis felle menti nostræ negotiis expedita obtrudunt; & cum tunc temporis attentio aliis non sit curis distracta, idem longe sunt vividiores. Quam grave malum igitur esset per id tempus repetere eas ultionis cogitationes, quæ in ipso ira æstu mentem subvertant. Eas iterum gustare, & fovere! Quam horrenda imago inimici sese nobis exhiberet! Quam caliginem nocturna tenebræ illi ofunderent? Spectro simillimum nonnisi cum horrore illum intueremur; & imaginatio decepta non multo post cor ipsum falleret. *Idem.*

Nonne iustum est, iram, cum sit peccatum præ cæteris magis oppositum paci, & consensui, qui in Cælis regnat, inde in æternum prescriptam esse, & iracundos homines, postquam in hoc mundo perturbantur concordie suavitatem, sacrumque nodum, quo omnes simul Christiani sunt conjungendi, tandem sperandos esse a magno hujusmodi corpore, cujus omnia membra connectit charitas, atque cum illis esse demandans, qui in æstus duos furore vivunt? Hinc sane inferri merito potest homines, qui prout sunt in iracundiam, nisi omnibus nervis contendant hunc affectum subigere; longe a via salutis abeunt. *Sermo Manuscriptus.*

Quid; amabo vos, Apostolos mundi Principes, universitatemque Dominos fecit, nisi lenitas, & mansuetudo? Ite, ait illis Salvator mundi, mitto vos sicut innocuos oves in medium rapacium luporum. Omnis armaturæ loco illis æqui mansuetudinem tradit; atque Sanctum Petrum in terris Vicarium suum constituitur nonne in hoc articulo illum scrutatur, illi simul & ovium suarum curam committens, & ejusdem charitatem explorans? Et sane Sanctus Antonius affirmat, Sanctum Petrum indefinenter perorasse non tam ob scelus suum, quam propter memoriam mansuetudinis suavitatis Præceptoris sui. Existitne unquam cor magis benignum, quam Sancti Pauli, qui furiosus fuerat persecutor, ira, ac rabie spumans contra dominicum gregem; sed postquam expertus est suavitatem misericordie Dei propter hominum amorem mortui, nonne statim factus est agnus? Magnus hic Apostolus nunquam magis profecit, quam cum operatus est in spiritu lenitatis, & man-

Est habet Apostolus ante solis occasum iram exlinguit.

De ira castura.

Ira habet malis, & nocet saltem habere in potestatem Regnum Cælestis, ubi nota, & lenitas regnant.

Mansuetudinis virtus, ac tropheus.

Quædam S. Ambrosii monita de ira.

De ira castura.

Eloquium suavitatis, eius est bonus.

mansuetudinis, ut alios facere hortatur. Eius suavis majorum vim habuit, quam potestas; & anathemata, quæ in peccatores ejaculatus est, nunquam feliciorum effectum sortita sunt, quam cum illa in semetipsum convertit, videlicet quam cum mirabili charitatis excessu maluit esse anathema pro sevisimis inimicis, qui illi in mundo adversari fuerunt.

Tranquillus Principis animus, hominibus cordibus tranquillitatem imperit: quicumque magnus esse cupit, & operari magna, cordi suo vim facere debet ut clementiam legem suscipiat. Si se affectibus suis trahi sinat, si sanguinis fervore ac æstu se corripit patiatur; nihil unquam assequetur. Custos virtutum Angelus est mansuetudo: nunquam enim ista permittit, ut suo muneri desint. *Ex Manuscripto sermone.*

Primum est igitur, ut fieri potest, ut morum tranquillitas usi quodam affectionis proposito in naturam vertatur. Deinde quoniam ita plerumque motus infelix est naturæ, ac moribus, ut evelli, atque evinci non queat, si prævideri poterit, ratione reprimatur. Aut si prius occupatus fuerit animus ab indignatione, quam consilio prospici, ac provideri poterit, ne occuparetur; meditare quomodo motum animi tui vincas, iracundiam tempera. Resiste ira si potes; cede si non potes: quia scriptum est: *dare locum iræ*. . . Non mediocre est mitigare iracundiam: non inferius, quam omnino non commoveri. Hoc nostrum est, naturæ illud. Ille denique commotiones in pueris innoxie sunt, quæ plus habent gratiæ, quam amaritudinis. Et si cito pueri inter se moventur, facile sedantur, & majori suavitatis in se recurrunt. Nesciant se subdole, artificiosque tractare. Nolite hos contemnere pueros, de quibus Dominus ait: *Nisi converteritis fueritis & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in Regnum Cælorum.* Itaque, & ipse Dominus, hoc est Dei virtus sicut puer cum malediceretur non maledixit, cum percuteretur non repercutit. . . . Nolite respondere irato ad iracundiam ejus, vide imprudentiam ejus. Cito culpa culpam excutit. Si lapides teras, nonne ignis erumpit? *Ex lib. 1. Officiorum S. Ambrosii cap. 21.*

Ira turbidus est animæ motus, quo sese attollit contra causam mali, atque injuriæ, qua quis affectus, non sine vehementi ultionis cupiditate. Ex affectus hujus natura facile judicari potest, nonnisi pessimos effectus inde existere posse: Dixere nonnulli, utilem esse, quia impiorum injuriam adversatur, æquitatem servat, & Dei gloriam tuetur. Sed tunc ira non est, sed constantia fortitudo, zelus. Ira impetus simul esse non potest cum justitia tranquillitate, & æqualitate; jam nostro excidium jure, ubi ad villam tuendam ira incipimus uti. *Albas de Eretiville in tractatu de Forensi, & Ecclesiastica Eloquentia.*

Polleat Dei Filius, eos, qui mites fuerint, possessores terram, ut inter nos hanc constituat charitatem, quæ legis est plenitudo, & consummatio, cujus mansuetudo, quæ humanæ societatis est vinculum, est tanquam veluti effectus, ac nota præcipua: *Glacies animarum, societas fidelium.* Hac efficit ut simul vivant, quin virtus illa profus divina labascatur. Prævertit, ac sedat motus, qui sæpe in occasionibus injucundis acciderent; efficit, ut proximi infirmitates, atque imperfectiones tolerantur, & si, qui inter castra, sanctique congregationibus vivunt, ubi pacatam vitam ducunt, ejusque ordinem nunquam perturbent, juxta illud Spiritus Sancti effectum, quo ultro, citroque aliena imbecillitates ferre jubemur: *Alter alterius onera portate.* *Albas Trappensis in Moralibus Considerationibus in Evangelium S. Matthæi.*

SUPPLEMENTUM.

AB ira cavendum est: cumque nobis elabatur, omnis cura adhibenda est, ut motus, impetu illius coerceremus. Hæc animi ægritudo lexcentorum malorum causa est, & in peccatum nos agit præcipite, quia spiritum, rationemque perturbat, quibus non sunt amplius vires ad nos compescendos. Assuescendum nobis est, omnes actiones cum spiritu tranquillo peragere: diuturna consuetudo ferax quodlibet ingenium potest cicurire. Sed quoniam multi fortis tunc ingenium adeo fervens, ac violentum, ut difficile illud profus va-

Ira fons est mille malorum.

leant mutare: opus est, ut serio considerent ea, quæ illos ad iracundiam provocare possunt, ut rationis subdolio paulatim convalescant. *Ex Officiis S. Ambrosii.*

Cum nos ira deprehendit, & omnes nostras prævertit considerationes, attendendum saltem est, ut illam mulceamus, nisi valeamus eandem infringere: Operæ pretium est nonnunquam fortiter irare: Operæ pretium est aliquando etiam cessandum est, cumque oblectari evanescent, quemadmodum in Scripturis legitur, da locum iræ, ut abeat, ac ea se deserbeat. Jacob fratris sui furorem sedaturus, cedere maluit; & in matris consilium secutus, ultro secessit domo, ne exacerbaret ad aspectum suo spiritum Esau, qui contra illum exarasset. Expectavit donec fratris ira intepuit; ejusque factum probavit Deus. Omnibus etiam aliis est artibus, ut pravum cor hoc delinret, ejusque sibi amicitiam compararet. Multa illi contulit munera, ad obliterandam memoriam, & dolorem facti, quo patris benedictionem præripuerat. Hæc adhibenda sunt artes, ubi ira inflammatis. *Idem.*

Si nequit ira sanari per ea consilia, quæ ratio nobis suggerere potest, ad artem est contigendum. Patientia plurimum consistit, ac mora vehementissimas sanat cupiditates. Si nobis res est cum eo, qui magis, magisque importunus exasperat, responsum, & si tanta nobis deest virtus, ut iram moderari possimus, saltem linguam coerceremus, ut nihil proferat. Hoc est Scripturarum consilium, linguam compescere, ac vetare, ne perperam quidquam estiat; & mox querere pacem, & nihil intentatum relinquere, ut illa faciantur. Præclarum hujus rei suppedit nobis exemplum in facto Jacob. Prima illius cura fuit animi tranquillitatem tueri, & primos iracundie motus compescere. Si virtus tua non adeo procedit, injice frænum oritur, ne in acra verba erumpat, cumque hæc omnia feceris, superest adhuc aliquid faciendum, ut gratiam facias. *Idem.*

Non majoribus conatibus opus est, ne irascamur, quam ut nosmet moderemur, cum irati sumus. Alterum naturæ est, rationis alterum. Pavuli imperus iracundie quibus plus suavitatis est, quam acrimonia, culpa vacant in fueris; momento ira inflammatur, & detervescit, & majori cum voluptate amor redintegratur. Ignorat usum simulationis, & fraudum; neque pudere non decet illos imitantes post hoc Salvatoris oraculum: *Nisi efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum.* Ipse etiam mundi Salvator, non aliam habebat quam parvulorum, acrimonia; cum in illum sævæ contorquerentur contumelia; & cum injuriis afficiebatur, non ulciscetur. *Idem.*

Vin scire quid faciendum sit tibi cum ira corripitur, vel aliquod tibi probum inferat? Malum pro malo reddendum non est; non aliorum improbitas consideranda, neque improbum te decet esse eo, quod alii sunt. Cura, ut virtutem tuam integram tueare; nihilque feceris, quod tute tibi valeas aliquando exprobrare. Alterius, qui ira furit, sermoni, cave, ne iracunde respondeas. Si ille fanda, infandaque erumpit; cur vis dicere, & facere, quod ille noceat dicit, & facit? Cum duo lapides colliduntur, ignis scintilla excitantur. Echnici nobis incessanter obtrudunt præclarum exemplum Philotphi sui effectum, quod certe laudandum est. Cum quidam ex publicanis illi gravem intulisset injuriam: miser, ait illi, quam severe te plecterem, nisi ratus essem! Hoc ipsum fere præstitit David; sese cohibuit, cum iam famam ultionem esset sumpturus, ac tantum fur dominatus esset iracundie, ut contumelias quibus afficiebatur, ne verbum quidem redderet. Abigail precibus suis bonum hunc principem, qui cum suis accesserat copis ex injuriis Nabal sumpturus pœnas sedavit. *Idem.*

Animæ bonæ argumentum est, justis precibus flecti, & libenter concedere quiddam petitur. David gavissus est, eo quod suis pepercisset inimicis; & laudavit illius mulieris prudentiam, quæ novit ita in animum ejus obrepere, ut votorum summam consequeretur. Hic Princeps tamen injurias, quibus afficiebatur, sentiebat. Conturbant me, ajebat, ea quæ inimici mei cogitant mala: si consulerem iram meam, multam caperem voluptatem ulciscendo. Sed pacificus iste Rex in se reverfus dicebat, quis mihi dabit pennas, ut columbæ? procul recedam ab inimicis meis, ut pacem. *Yyy a cem*

Remedia ne ira nos deprehendat.

Patientia maximum est contra iram antidotum.

Pœni sunt imitandi, neque more eorum irascenda est.

Matth. 19.

Insigne exempli moderatio in Ethnico.

Exemplum David in hac re.

tem inveniam; & licet convitiis prospiceretur; quietem ultioni anteferebat. Alibi etiam dixerat: *Insimini, & nolite peccare*; quod preclarum est inorum disciplinae preceptum ad firmandum ratione naturalem animi motum qui omnino jugulari non potest. *Ibidem*.

Postquam scripturas irasci, fed citra noxam.

Quibusdam in occasionebus jure in illos, qui peccat, irasci licet; etenim contra illos naturaliter indignamur, nisi nobis insti lenitas nimium mollis, & hinc furens irascitur indulgentia, quae omnino laudanda non est. Fas igitur est irasci, dummodo intra quos rationis fines nosmet contineamus; effect enim vitium probo dignum, si nobis nimium dominaretur iracundia. Qui volunt omnes imperus suos probari, multa peccant, eorumque ira in dies magis exasperatur. Dicebat Salomon minorem affectu gloriam, qui hostile expugnat oppidum, quam qui seipsum moderatur, suisque animi cupiditatibus imperat. Harum fortissimi quoque viri, non secus ac infirmissimi mancipia sunt. Qui sibi met non invigilat, & jugiter non sibi cavet, in singula momenta variis moribus agitatur. Dolor, timor, & hinc furens irascitur, nos obsequit circumquaque, & nos passim desiciunt. Serius igitur animadversionibus corrigendum est ingenium, quod facile permoveatur, & sensum hestendum est, ut rationis iugo affuecat. Haec certissima est methodus, ut inter irae motus, ac imperus nostri compositus simus, eosque habebis moderari discamus. *Ibidem*.

Quam periculofum sit primos ira motu non compefcere

Tota morum nos docet disciplina, primos iracundiae motus non esse sequendos. Ipso motu rapimur ad ulciscendam injuriam, sive spectet ad nos, sive ad aliquem necessitudine nobis conjunctum pertineat. Sed oportet, ut animi consideratio, vel potius gratia hunc sensum cohibeat, hanc frangat alacritatem: aliqui sub colore fallacis justitiae magna delicta committimus. Homo nihil agnoscit, cum illi sua cupiditas dominatur: illi nullo sunt in discrimine veritatis, mendacium, aequitas, injustitia. Nihil ille distinguit, & quod ipsi inajet ingenio hoc illi semper optimum, & aequissimum videtur. Salvatoris discipuli aequo fere non poterant animo, quod Samaritani illos prohibuissent aditu cujusdam civitatis suae, neque eos sub recto excipere voluissent. Jure illi quidem tantam inurbanitatem damabant: sed Dei Filius non censuit, factum Samaritanorum mereri poenam tantam, quantum discipuli ad iracundiam irritati expebant. Immo Salvator illos acriter corripuit, dixitque illos nescire, quoniam spiritu acti id peterent. Ubi docemur propriis diffidendum esse moribus, impetu hinc resistendum esse, quo agimur, cum aliquid displicet nobis, & nos offendit, & nullum nobis capiendum esse consilium, nisi cum emotionem sedatam, & cor nostrum perfecta tranquillitate gaudente intuemur. *Abbas Trappensis in Morales conversationes in S. Lucam, Tomo 3.*

Quaeritque causam praetor iracundus, femine censetur reus coram Deo, & hominibus. Math. 5.

Violentus & iracundus homo semper nocens judicatur ad quodcumque tribunal provocet; ira enim illum excacat, & reum constituit iustitiae proprii iudicii: quia ira illum ad periculosos excessus impellit, & nocentem illum facit in ipso etiam hominum iudicio; quia ira illum adducit ad damnationem aeternam, non secus ac ebrius ob rationis iacturam in praecipis adducitur; quia ira illum reddit in Dei iudicio inexculabilem secundum Salvatoris verbum. *Rursus erit iudicio*. Et contra hominis, & pacatus semper judicatur innocens, & dignus laude ad quodcumque tribunal evocetur. Cur hoc? quia lenitas illi tribuit absolutum imperium in cupiditates, quas subicit rationi; quia lenitas efficit, ut ille in hominum cordibus dominetur; quae facillime delinit, & mulcet; quia lenitas illi quamdam iuris speciem, si dicere fas est, tribuit in thesaurum gratiarum Dei, cuius spiritu repletus est, & qui vitae suae mortalis tempore tradidit plura, eaque praclara coelestis huius virtutis exemplis verbis simul, & factis. *Ex Moralibus Sermonibus*.

Ira alius cupiditatis ideo nocentior est quia fere omnes complectitur, sique vitur.

Inter iram aliaque animi cupiditates, ex D. Thoma hoc intercedit discrimen, quod si earum plerumque possiguntur, & languent per actiones, & caloris defectum, haec suapte natura est audax, & furens propter conjunctionem suam cum aliis animi motibus, in quos habet quamdam imperii speciem, & qui non conferunt nisi ad illam magis pertinacem, ardentemque efficiendam, (modo moror, & tristitia illi se facias addunt, ut animent eam;

modo desiderium; & spes ultionis ignem illius augent, eique tribunt fatale perpetuitatem, quae tandem illum adducit ad funestum scopum, quem primum sibi proposuerat. Haec convocat spiritus circumcor, quod est omnium cupiditatum principium: haec agit corpus praecipiti nervorum convolutione, & motibus furentibus, qui ignem illius fovunt, ac cient: haec denique alit ignem suum funesta complicatione motuum, qui licet invicem sibi appositi eundem tamen producant effectum, qui est, mentem occaecare, eique omnem fere actionis libertatem eripere. *Sermones Morales Tomo 3. & recens Auditor.*

Homo furens haec animi aegritudine agitated nec patrem agnoscit, neque amicum, neque uxorem, nec filios. Et quomodo illos agnoscit, quoniam nec seipsum quoque cognoscit? Modo rubet, modo expalescit, modo clamat, modo in tristi cogitatione defixus silet. Ex illius ore audientes verba vel mutia, vel interfecta, vel praecipitanti nimis prolata; illum videntes totis artibus contremiscentes, ac semet terribili ritu contorque nonne haec energumenum aliquem putaretis? Sed qui hoc temperet, nimium illi honorem afferret, Patres inquirunt. Daemon enim qui illum possidet saepe est pertinacior, & per illum majora modo infert mala, quam quae faceret misero, & involuntario energumeno aliquo ministerio. Ne credatis hominem hoc furore actum vicissim ab aliis hominibus non iudicari, quorum evertit societatem, Hi illum inclementer persequuntur; frigidam ad examen revocant omnia illius crimina, & propria acti utilitate utuntur omni penarum genere ad illius imperus coercendos. Alii eum tanquam dementem traducunt, alii eum tanquam furentem vinculis adstringunt, & si qui illius miserentur tanquam phraenetici, atque vel necessitati, vel miserationis causa ejus tolerant brutalitatem, ceteri eum contemnunt, societatem ejus fugiunt, tanquam si tabe laboraret, illumque damant. *Ibidem*.

Ira efficit ut iratus de illi, cum quibus ipse res est, varias induant peccata.

Cum Sancto Thoma animadvertendum est, licet mens minime pendat ab organo corporis ad proprias functiones illius obundas; tamen ejus ministerium adeo necessarium videri, ut cum corpus praeter ordinem commotum est, emotiones ejus inhibeant operationes animae, & auferant spiritui rectitudinem, & iudicii libertatem. Cum igitur iram propriam sit in corpore furentis has clere procellas, quae saepe nimis per externas noxas innotescent; nonne cum Sancto Doctore inferendum est, haec ex omnibus cupiditatibus illam esse quae magis praeter ceteris corruptit rationis puritatem? Quomodo enim non corruptat illam, cum iram propriam sit extinguere in homine recti sensus luminis, eique simul auferre, ut Sanctus Gregorius inquit, sapientiam, prudentiam, atque iustitiam? Eripit homini sapientiam, admittit enim eidem cognitionem seu illius, quod ipsi sciendum sit, seu consiliorum, quae sumenda sunt, & ordinis qui in vita servandus est. Eripit prudentiam; quoniam licet illi imbecilles aliquo nutantis sapientiae reliquias relinqueret, eum reddit inconstantem, praecipitem, minime parum perveniendo ad finem, quem sibi proponit per media, quae ad illum adducunt. Iustitiam denique corrumpit, & annihilat; quia secundum S. Jacobum, irahominis non implet iustitiam Dei; eo magis, quod cum illius spiritus corruptus sit, atque depravatum iudicium, credit aequum, & iustum, quiaquid illi suus suggerit furor. *Dum perturbata mens iudicium exasperat: omne quod furor suggerit, rectum putat. Sermones Morales Tomo 3.*

Ira praeter omnibus cupiditatibus rationis stupidiorem efficit, nisi omnino evertit.

Epist. 100

Non minimus inter perniciosissimos effectus iracundiae est mutuum perturbare consensum, quo voluit Deas animos hominum consociare, ac quamdam schismaticam speciem in corpore civili parere, omneque loquas, iucundaeque societatis leges infringere. Hoc inquit Scriptura iuxta S. Gregorii veritionem *vir inimosus parit rixas; & vir iracundus effundit peccata*. Quae sententia vestra, haec est peccatorum effusio? Et quomodo ira in civili societate parit hoc malorum diluvium, quod destruit? Furentis huius cupiditatis motibus idem accidit, quod monstris oceani, qui dum procella fœvit, emergunt & maris sinu, ubi malicia tempore dormire videbantur, & quae inde egressa obivum quodlibet absorbet, & deglutit. *Ibidem*.

Non minimus inter perniciosissimos effectus iracundiae est mutuum perturbare consensum, quo voluit Deas animos hominum consociare, ac quamdam schismaticam speciem in corpore civili parere, omneque loquas, iucundaeque societatis leges infringere.

Ira mater est omnium malorum

Cum Scriptura loquitur de effectibus irae, haec spectat tanquam seditionem cupiditatem, quae alios

excitat ad praelium, quoque illis pudorem, ac proeundi metum auferit: eorum infirmitatem, languoremque tollit, eas feroces, impotentes, impatientes inhumanas efficit, & eas ex finu suo producit, ut omnia suscipere deque miscet misera peccatorum effusione; *Effundit peccata*. Si nonnisi jurgia, probra, imprecationes, blasphemias adiuntur, si nonnisi caedes, ac singularia certamina conspiciuntur, non alias inquiramus causas, quam iram, quae tanquam behemoth, Sanctus Gregorius ait, evomit ignem, flammamque, & sulphureo habitu suo accendit cupiditates femisopitas, veluti totidem carbones, in quos perlat. Et sane monstrum hoc adeo terribile, simulque fecundum est, ut unum illud producere videatur omnia monstrorum genera, de quibus unquam incidit sermo, & par sit, non solum universae societati civili, verum etiam regis omnibus evertendis, & si fieri posset, toti huic universorum molli dissolvendae. *Morales Sermones, & recens Auditor.*

Certum est, quemadmodum S. Augustinus animadvertit, ex omnibus illis, qui irascuntur, ne unum quidem esse, cui irae sua videatur injusta, quiaquid ille furens conetur. *Nulli irascens irae videtur injusta*. Alii eam in ingenium rejiciunt, & quasi Deum insinulare vellent tanquam suorum criminum auctorem: credunt se omni culpa purgare vel fallacem hanc excusationem: alii vero in injurias, & contumelias, quas passi sunt, & propter quas opus est, ut aliquam offendant animi acrimoniam, nisi videri velint ignavi, & sensu carentes. Non desunt, qui potent, auctoritatem, & locum, quem in mundo tenent, ipsis conferre jus irascendi, & ulciscendi, quia lux officiant conscientiae; & sunt tandem non pauci furorem suum veluti sanctum zelum haberi volentes, & Religiosum officium, & quin intrinsecus coram Deo tantum hoc scelus lacrymis eluant, temere hoc sibi merito vertunt, atque inde mercedem postulant. Verbo, quacumque ex causa irae exardescat, nobismet persuademus injustam non esse, nimiam esse hominis infirmitatem: cum in illa minus sit cura, & animadversionis, quam in reliquis actionibus moralibus, plus ibi esse imbecillitatis, quam improbitatis; & Deum ad hoc dimittendum facinus, quam alia, esse proniorem. Sed ita iudicari Mundi Salvator non sinit, cum plane dicat: *Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Sermones Morales*.

Jesus Christus supremus hominum legislator destruit errorem Iudaeorum credentium, licere sibi odisse proximum, dummodo hoc odium extrinsecum non appareat. Prohibet non homicidium tantum, non tantum iracundiam, sed minimos etiam motus irrationabiles irae; vult inimicitias in ipso fonte jugulare, & omnino damnare illos, qui injusta haec animi cupiditate abripi sinunt. Itaque postquam adeo perspicue sensum suum protulerit in re tanti momenti non licet amplius seferat dispensare ab hac sancta, & severa lege ob assertam verborum legis obscuritatem, quae nullum equivocis locum relinquunt. Satis est oculis vestris fidelem eorum versionem obicere, ut nulla in mentibus vestris de hac re dubitatio supersit. En quid ore proprio dixerit ipse Salvator. *Audistis quia dictum est antiquis, non occides. . . Ego autem dico vobis, quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio*. O maximi momenti veritatem! Si nobis est tanta mentis perspicacia, ut illum intelligamus, vel potius docilitas tanta, ut nosmet illi subiciamus; palam enim constat Dei Filium per haec verba non vias facti damnare tantum; sed percipere etiam, ut vel minimus quisque teporatus cordis tumor, qui in nobis insurgit pro motu cupiditatis huius homicidiae, ut statim in ipso principio destruantur effectus funesti, qui ex iracundia inflammatione possent oriri. *Morales Sermones Tomo 3. & recens Auditor.*

Non desit irae species, quae bona, & sancta est; illa quae peccatore a peccato divellit, quae ut corrigat illum, omnem severitatem suam convertit in hoc. Ira adeo necessaria, S. Chryostomus inquit, ut sine hac virtutes exercitatione careant; vitia impunitate gaudent, boni opprimuntur, & improbi auctoritate, & aominis celebritate florerent. Ira adeo nobilis, & heroica, quae ex Sancti Augustini sententia, & aliud est, quam motus, quem imprimi Deus in animabus iustis, quae cognoscentes legis divinus sanctitatem

summo cum animi dolore vident illam a peccatoribus coquinari, & suas adhibent vires, aut preces, ad tanti huius mali progressum prohibendum. De hac aequissima ira specie hic sermo non est; sed de illa, cuius finis malus est, quae facile excitor, ac difficile sedatur; de ea, quae potius motum peccatoris inquirens, quam peccati poenam persequitur veram, sicutave contumeliam contra, vel ultra leges iustitiae, & aho, hanc, quocumque colore dissimuletur, damnare, & inexculabilem reddere in iudicio Dei illum, qui eidem parat. *Ex Moralibus Sermonibus*.

Iracundus pro nihilo habet omnia commelias quas proximo, infert.

Iracundi homines pro nihilo igitur habebunt mala, quae suo inferunt proximo, quem contumeliosis proficiunt, quem flagris afficiunt, quem etiam occidunt? Peccata huiusmodi nimis manifesta sunt; sed quid dicendum de malis, quae ab aliis ibi inferuntur, & quae per iracundiam suam in caput suum convertunt? Pro nihilo habebunt ipsi obtredationes, quae contra se iaciuntur? Minus, quae sibi intentantur? Oidium, horroremque, in quo apud homines sunt? Maledicta, quibus onerantur? Peccata cum personalia, tum aliena, per quae iustitia contemnitur, extinguitur charitas, patientia, & humilitas odiantur? Cursum in gratiarum, & coelestium benedictionum inhibent; dulcedinem confusam, cruce, & humiliaationes in opprobrii loco postas, officia societatis everfa, sanctitatem religionis, ac Dei auctoritatem proiedas? Patres, Matresque, quorum est ex conscientia munere, filios adhibere, eos, ubi res tulerit, corrigere, & nihil intentatum relinquere quominus illis fiant vestrae admonitiones: si huic deest officio, vel si illud obeuntes, per impetus vestros prohibetis, ne illi proficiant; nonne vobis reddenda erit ratio malorum effectuum, quos ira vestra peperit? *Idem*.

Multum interese facerent hanc coetere & Deo favente caecetate potest.

Statim ac ira posita est in corde nostro, nos illico perturbat, evertitque in nobis ordinem, qui ad nostram incoluntatem est necessarius. Facies nativum exiti colorem; animae nostrae facultates, nostri corporis sensus per emotionem, quam agitantur, impares sunt consuetis numeribus suis obundant. Violentus ignis intus, exteriusque nos inflammatur; hic idem ignis effundit in nos turpem oris, ferocemque habitum, qui nonnisi summo cum detrimento nostro potest persilere. Si irae spatium relinquimus ultionem molienti, omniaque ad id consilia in anima nostra describent, multo magis apparet quantum tranquillitati nostrae adverteret, & illa apertiora tribuit signa tumultus, & periculi, in quod nos coniecit. Consilia, quae machinantur, sunt furentia, & haec nos occaecant, nobis negotium faciunt, nobis requiem eripiunt. Incertitudines, quae conemittantur illa nos replent amaritudine, & efficiunt nostra desideria, ac timores aequae non ferendos. Motus quoque nobis imprimit iram, de nostra imbecillitate, de fortitudine nostra ac de ipsa ratione triumphant, nobisque tales inferunt poenas, quae nobis puriores vix voluptates eripiunt, & nonnumquam sua aegritudine partem annorum nostrorum absumunt. Quomobrem Tertullianus, & Sanctus Joannes Chryostomus dixerunt, ultionem, quae plerumque iram subsequitur, magis officere ulciscenti, quam illi de quo sumitur ultio. *P. la Peste Tomo 5.*

Ira, & furor funesta origo est diffensionum inter homines, quae illos nonnumquam addit ad manus suas proximum sanguine imbutas, ac in se invicem misere saeviendum. Spiritus Sanctus autem regis iram esse mortis praecursorum; *Indignatio Regis auctus mortis*. Sed licet hoc fit in Regibus frequentius, quibus integrum est, quidquid voluerit facere, nihilominus frequens in ceteris mortalibus adest, quorum impetus legum severitatem contemnit, hanc ob causam Dei Filius ad ea praevetenda mala, quae ira parere potest, hanc his verbis districte condemnat. *Omnis, qui irascitur fratri suo reus erit iudicio*, non humano tantum, verum etiam divino, quod longissime illi rigore praestat. Salvator non ait: *Omnis, qui occiderit, vel percusserit fratrem, vel qui illi gravem intulerit injuriam dignus erit supplicio, sed eum qui irascitur tantum, hunc esse iudicio damnandum*. Humanarum leges ita severae non sunt, sicuti aeternarum dumtaxat regant politiam, in eos tantum animadvertunt furores, qui proximo reipsa dolorem, damnumque inferunt. Sed Dei lex sancta, perfecta est; non occidere tantum, vel percutere ve-

Ira omnia fere mala est, & tam pauci sunt qui vitiis exortent. Prov. 16.

Math. 5.

tat, sed non finit, aliquem irasci. Hoc tamen vitium vulgatum est, & periculosum: Vulgatum quidem; quia pauci eodem inveniuntur immunes, pauci qui se rari non sinant impetu, ac furore, quem in nobis ista ciet animi ageritudo; periculosum vero; nobis enim semper integrum est huic obsequi, & licet non semper integrum sit proximum cadere, vel interimere; nullum tamen est momentum quo non possimus irasci. Maxime igitur refert vitio huic bellum inferre, & illum pro virili parte ex cordibus nostris eradicare. *P. le Jeune Oratorii. Sermonum suorum Tomo V.*

Egritudo hanc adeo faciens est, ut neque Deo parcat.

Ira adeo brutalis est animi nostri ageritudo, ut furorem suum in Caelum usque inferat, ac Deo ipsi bellum indicat. Ex hoc enim venenato fonte emanant omnes fere blasphemiae, juramenta, imprecationes, quae contra infantiam Dei majestatem evomuntur; & videtur etiam mortales, qui eo insanit, ac stupiditatis procedunt, ut animo sedato frequenter in Dei Nominem jurent, & quare? Ut videlicet leporem, ornatumque sermone suo concilient, ita eorum saltem ipsis videtur. Sunt quidem nonnulli ita sui compotes, ut in juramentis suis Dei nomine abstineant; sed adeo usitatum est has audire blasphemias, & ore eorum qui ex ima plebis face sunt, qui a demone videntur obsessi, & qui, si liceret, velent ipsum Majestatis Deum de solio deturbare. . . . Furens ista ageritudo adeo violenta est, ut raro in primo gradu subsistat, & accidit raro, ut iratus illam intra se contineat, neque extrinsecus erumpere sinat. Neque satis est putat illam praeserere verbis, quae contumeliosa non sunt; sed illam evomit cum verbis, quae sunt contumeliosissima, & quae indignae afferunt alienae existimationi detrimentum. Nonne ex fatali hoc fonte omnia fluunt odia, dissensiones, jurgia, civilia bella, ceterique funestis effectus, qui ex hoc brutali furore procedunt, & qui cum infinito civili societatis detrimento, ipsorumque regnorum exitio nonnumquam videntur? Hac de causa proculdubio dixit Spiritus Sanctus eum, qui pronus est ad iracundiam pluribus peccatorum generibus esse obnoxium. *Qui ad indignationem facilis est, erit ad peccandum proclivior. Pater le Jeune ex Oratorio.*

Ira equat hominem brevis ferocissimis.

Salomon ait, Regis iram similem esse rugitui Leonis; sed hoc dici potest de omnibus hominibus quibus brutalis iste furor dominatur, qui etiam periculosior est brutorum furore; quia ille ad ipsam animam proximi animam exanimandam procederet, si hoc illis integrum esset. Varii sunt characteres hominum, qui irae sunt obnoxii, sed alii aliis calidius motus illius compescere norunt. Spiritus Sanctus illos palam distinguit his verbis. Vir promptus ad iracundiam stulto agerit, & vir dissimulans iram suam, ut semet ulciscendi tempus operatur, sibi odium conciliat. Alter hic non est altero minus vel superbus, vel iracundus; sed melius celare didicit cupiditates suas. Odium suum dissimulat ut opportunitatem ultionis suae tempus praestoleatur. Prior ille, qui facile irascitur, & cuius ira celeriter perolat, minus nocens est posteriore, qui licet versutior habeatur propter modum, ac tempus ulciscendi, non est prudens nisi eo modo quo Satanus qui in inferendis malis summa pollet dexteritate. *P. le Jeune.*

Aliud monitum ad evitandum huius affectus malum.

Unum ex utilissimis consiliis, quae praebere possunt amanti pacem, est pro virili parte eorum evitari necessitatem, atque familiaritatem, qui facile irascuntur, ne & ipse irascatur. Monitum hoc ipse Spiritus Sanctus suggerit nobis: *Noli esse amicus homini iracundo: neque ambules cum viro furioso, ne illi similis fias & per contagionem vitio eodem inficiaris.* Si tamen per inevitabilem accidit necessitatem, ut tenearis unicum huius vice mortalibus vestiri, & confuere, vobismet cavete, ubi vobis cum illis agendum erit, ne vel levissimam illi exardescendi animam praebatis. Credite divinam Providentiam hanc vobis occasionem obtulisse, ut dicatis vestra dominari iracundia, & patientiam vestram perficatis. Hoc pacto vobis licet iram vel evitari, vel praeventere. *P. le Jeune Tomo 5. Sermonum.*

Si plerumque Ethnici monitum.

Alia praestantissima ratio, ne ira nos abripi finamus, est celeriter recedere ex loco, ubi reperimus objecta, quae in nobis hunc ceteri possunt affectum; & quorum adspicere nos magis, magisque irritaret. Verum si, quod passim uti venit, integrum non est cedere loco, ubi nos corripit ira, tunc maxime cavendum est; ne quid dicatur, vel

ne quid fiat, vel ne quid credatur, donec agitati sumus. Toto illo temporis spatio apud nos carere non debet suspicio, quidquid animatus iracundia nobis animus suggerit, licet rationi maxime congruum videatur, atque differendum esse iudicium, vel factum de quo agitur, donec ira impetus deseruerit. Praesentissima ad iram leniendam medicina, vetus quidem ait, mora est. Nimum peteres, si velle eundem leoni ex ore excipere praedam; in ipso fatim ardore nimia est ultionis cupiditas; sed sumat sibi tempus animadvertendi, ac iudicandi. Utilissimum illi, qui iracundia corripitur, nihil agere festinanter, tempus sibi ad omnia serio pendenda deponere, interim subinde mentem attollere ad Deum, ab eoque lumen precari, ut secundum rationem lede gerat, non autem furentis ageritudinis huius moribus obsequatur. *Idem ibidem.*

Ille, cui dominatur ira, passim fallitur, & censet objecta longe esse alia ab iis quae sunt. Cur hoc? quia iudicium illius perturbatum est igne miseris? huius ageritudinis, quae laborat. Nescit tunc, quid agat, aliud pro alio dicit; & licet aliquid boni dicat, hoc tamen nullam in animis nostris impressionem efficeret, quia nihil tale expectamus ab illo eo in statu, in quo est, & credere non possumus hominem, quem ira tenet, aliquid scite, ac prudenter posse enuntiare. Maxime igitur refert ante quamlibet actionem, ubi ira corripit sumus, in illam animum intendere, eamque meditari. Sed ad aliorum iracundiam vel praeventendam, vel evitandam, ubi aliquam intueris hoc furore agitur sive iure, sive injuria successerit, opera pretium facies ab illius adspicere recedendo, si fieri poterit, ut illi irae causam auferas, si propter te iratus est; vel fecus si fieri minime poterit, silentium servare; ut ira nullum objectum sancti, quod sibi ferat, paulatim deseruet. Hoc Sancti Pauli monitum est: *dote locum irae;* videlicet, quin cum irato jurgia miscas; nihil omnino respondeat, finite, illam flammam suas projicere; nihil tum temporis eorum negare, quorum nomine vos infirmat; faciamini potius, vos errasse, vos male locutos, vel operatos fuisse. Crastina die se se recipit iracundus, patientiam, lenitatemque tuam admirabitur; pudebit illam insaniam suam, tu vero celebraberis. Hoc etiam nobis monitum tribuit. Cum aliquis, laudatus Pater ait: ingerit tibi convicia, ut te ad iracundiam provocet, altum serva silentium. Hic peccator est, qui te laesit, teque sibi similem studet efficere. Si nihil illi dicis, si nihil reddis, se victum credit; ac si respondes, penes se victoriam esse putat, quia te sibi similem invenit. Si taces, iniquit, illum in te contumelias ingessisse, has vero a te contentum; ideo tu laudibus, ille probis afficitur. Si injuriam pro injuria illa reddideris, uterque damnandus eritis. Aequius igitur est juxta Patris huius consilium rectumque sensum possidere animam suam in patientia, quemadmodum Salvator ipse in Evangelio praecipit. *P. le Jeune Tomo 5. Sermonum.*

Vir, qui iram sibi dominari patitur, non magis rationis compos est, quam bellus. Ratio illius omnino obscurata est; similis est domui a fulmine percussa, quod omnia vastavit, ita: nihil amplius sibi valeat dignosci; vana quippe extra ordinem disiecta sunt, ac perturbata: ignis furoris huius, qui accensus est adeo crassam gignit in anima obscuritatem, ut bonum consilium, neque sequi possit, neque audire. Tenebris, quas haec efficit rabies, tantam ciet obrutam in huius furoris anima, ut eo in statu nesciat cum quo sibi res sit, omnino fecerunt alterum ab altero nequeat; tali percellitur caecitate, ut in anticum, consanguineum, fratrem delinquit, aequae ac in inimicum, & in eo impetu, qui illum eripit sibi, & omnibus objectorum cognitionibus aequae Creatori, ac omnibus creaturis bellum indiceret. *Recessus Auditor.*

Consilium, quod nobis tradit Apostolus contra iram admirabile est; ubi dicit: *Alter alterius onera portate.* Vicissim alii aliorum vitia sustinet. Qui vitia caret, est nemo; & sane iuligne vitium esset credere se omni culpa vacuum. Sic igitur consilium ad omnes homines pertinet; & quandoquidem copimus, ab aliis vitia nostra patienter sustineri; nostrum est hoc ipsum erga illos facere, Optandum quidem esset, ut omnes ab omni labe essent immunes; verum cum hoc fieri nequeat ratio

Iracunde plerumque videntur objecta alia ab iis, quae sunt.

Ad Rom. 12.

Consilium quod nobis est cum homine iracundo. Lib. 1. de Officiis.

Homo ira corripit similis est domui fulmine percussa.

Salvatoris & post illud Apostoli consilium, ne finamus nos facere corripit.

tio vera vivendi in pace, haec est ut alternis alii aliorum onera sustineant. Quilibet vult, ut omnes aliquid a se patiantur; ipse vero pari vult a nemine. Quilibet putat sibi jus esse dicendi omnia, & facienda, quin aliquis jure suo conquiri possit; & non vult alios hoc eodem jure cum illis uti. Haec regula adeo perspicue connotata est in Evangelio, ut illam nemo valeat ignorare: *Quaecumque volitis, ut faciant vobis homines; eadem & vos illis facite.* Operamini cum hominibus eodem modo, quo illos vobiscum operari cupereis. Salvianus verba sciens de hoc juris naturalis canone, merito addit in his Filiis Dei verbis duo esse oracula. Partem priorem nos optime callemus, ait, videlicet quid hominibus faciendum cum nobis sit; alterius vero facile obliviscimur, ubi ira exardescit, ita ut illam nunquam didicisse videamur. Inter enim hos ira furores non cessamus scire, quid illi nos debeant, sed ignoramus, seu ignorare volumus, quid illis debeamus. *Pater le Jeune Tomo 5. Sermonum.*

Opera pretium est hoc in loco animadvertere, quod postquam deseruit ira, aliquod etiam superesse momentum quod sequamur oportet. Verum quidem est nullum superesse remedium pro illa, qua nos corripit nisi passim sumus; sed illa cautus nos debet efficere, ne deinceps in eam relabamur. De hoc praeterito furore dici debet; quod de virorum sapientum lapsu dicitur; qui illis in futurum antidoti loco est, efficitur, ut illi sibi diligentius invigilent, ne iterum se decepti sentiant. Quapropter ubi magni huiusmodi impetus deseruissent, & te est animadvertere, quam vili, & quam nullius momenti esset illa causa, propter quam in iras exarsimus; & immerito nos ideo tantum iramorem edidisse, & pro eam iam leve tantum iratum concepsisse. Postquam enim in nosmet ipsos reversi, videbimus, nos ob meras nugae adeo exarsisse, & cognoscemus, nos tunc turbatos fuisse praeter iram, quae nobis exhibebat objectum longe majus quam erat, & eodem proposito affectu palam intelligemus proximi culpam, quae nos adeo percussit, tantam non fuisse, ut nos adeo commoveret mereretur. *P. le Jeune Oratorii, Tomo quinto.*

Medium, simulque ratio magis efficax, quae nos ad iram coblandendam impellere debet, est saepe ob oculos habere exempla patientiae, & lenitatis, quae mundi Salvator nobis toties tribuit, cum adhuc veraretur in terris, & praecipue tempore Passionis suae. Nonne dicit nobis in Evangelio, ut discamus ab ipso, qui mitis est, & humilis corde; & si hoc exemplum imitari fuerimus, animas nostras reguet, & pace perficimus. & S. Petrus Apostolus nonne dicit de Filio Dei, illum, cum maledictis peteretur, non maledixisse, & nunquam minis usum fuisse; *cum malediceretur non maledicebat; cum periret non comminabatur.* Hoc nobis innuere voluit istas Prophetae, cum ait, illam nunquam aperuisset os suum, cum ad lanium ductus fuit. Si post haec exempla divina intra rationis limites non continetur, cum aliqua afficitur contumelia, si adhuc in excessus iracundiae erumpimus; ipsi etiam mortui resurgentes, ut doceant nos lenitate, non possent efficeret ut agendi rationem mutaremus. *Idem ibidem.*

Ira proprie loquendo peccatum non est; aliquando enim zelus est, & iusta indignatio. Ipse etiam Jesus Christus nonnumquam motus huiusmodi expertus est & contra Templi profanatores, & contra Pharisaeos; *Circumspiciens eos cum ira, contristatus est super caecitate cordis eorum.* Sed irasci contra illos, contra quos minime decet; irasci contra magis, quam decet, irasci temere, hoc est irae crimen. Fingamus nobis irae spiritum tanquam hominem fortem, & armatum; quem Deus nobis tradit, ut ratione duce praerit. Si rationi pareat, si eam reveretur, si non agit nisi ex motu, quem ab illa recipit, laudabilis est; sed si rationis detrectat imperium, jam nocens est. En autem quae de causa S. Jacobus non dicit, nobis non esse irascendum, sed nos lenatos esse debere ad iram concipiendam: *Sit autem omnis homo . . . tardus ad iram.* Cur haec tradatur? Quia quamvis utrius sit quibudam in occationibus ira, semper facilius est illam in ipso ortu compescere, quam in cursu ejusdem cubere. Ira statim a ratione excitata, saepe deinceps nos in excessum aliquem trahit, saepe succentia cancellos a ratione praecipit facile praeteregitur, ubi motum concipit. Hoc fortasse in

Math. 7.

Quid obsequendum sit nobi hoc furore nos corripit passim sumus.

Remedia quae nobis proponit Scriptura in exemplo Filii Dei praesentissima sunt contra irascendum.

Par. 2.

Mat. 53.

Iracundiam non est nisi cum pravitate vel excedit ordinem rationis.

Mat. 5.

Joel. 1.

nobismetipsos experimur. Zelus exempli causa nos agit, & corripit ad scandalum aliorum conceptum. Hoc improbum; idemamque; Sed quin hic immoremur, loquimur etiam contra illum, qui scandalum prohibere poterat, & non prohibuit, *P. Segneri in Meditationibus.*

Ira enim viri iustitiam Dei non operatur. Ira cupiditas est, igitur est opposita virtuti. Aliquando nobismet blandientes putamus ex zelo; & nihilominus sequimur tantum motum nostrae cupiditatis. Non elegit Deus furores nostros ad ultionem suam persequendam; ad id constituit Iudices, & Potestates. Hic zelus ardens, hic zelus amarus in privatis qui aliorum reformationi praepositi non sunt, proprie aliud non est nisi ira dissimulata. Haec si non aliud obiectum habet, quam fuisipsum reformationem, tunc pro zelo poterit haberi; sed statim ac zelus iste ex sua egredietur sphaera, & torrentis inlater late se effundit in agros proximi, haec vastatio est, haec cupiditas est. *P. Croiset in Affectibus Exercitationibus. Tomo 4.*

Ira furores ex Apostolo sunt unus ex fructibus carnis, & concupiscentiae. In hoc fundo oriuntur spinae, quarum punctura semper est venenata, & quarum acumen non obduntur. *Ira, & furor,* dicit Scriptura, *utraque execrabili sunt.* Quisnam ferre poterit vim hominis iracundi? *Imperium concitati spiritus ferre quis poterit?* Mirum est, quod tristes effrenatae huius cupiditatis effectus, illam tantummodo infamem efficiat, non autem infirmem. Gravissima convicia, lites imprudenter intentatae, immortales inimicitiae, bonorum satura, inopinata, funestique casus, mala, quibus neque mors ipsa finem facit: hi sunt amari fructus iracundiae. Gemunt, conqueuntur, poenitentia deuntur; sed quid prodest retinere manus lapide emissa? ignis extinctus atros dumtaxat carbones, cinerisque relinquit. Fatentur se faciles esse ad iracundiam, impetum suum detestantur; sed quid haec prodest confessio? Malacia diu non perdit, acrimonia, intemperies humorum in homine, quamprimum recentes parit accessus; & nubes densa recentibus gignit tempestates. Ira inde oritur, quae vehementissime afficitur iis, quibus nos ledi arbitramur. Superbia illam excitat, & inflammat. Frustra in naturam, ingenium, bilem culpa respicitur: Humilis nunquam fuit iracundus, Lenitas, quae individua est Christianae humilitatis sociata, antidotum est contra furentem hanc ageritudinem animi. *P. Croiset, in Affectibus exercitationibus, Tomo 5.*

ALIUD SUPPLEMENTUM.

Lenitas virtus est, cujus scopus est iram coercere, & moderari. Reprimat indignationem, qui primus est motus furoris huius cupiditatis, quae ad levissimam quamlibet causam exardescit. Lenitas nunquam se atollit; sed e contra, ubicumque est pacem gignit; quam ob rem indignationi adversatur, ne primus hic irae gradus migret in acrimoniam, & nimis contra rationem incalcescat. Lenitas indignationem cum ratione committit ad primum motum hanc moderandum, & prohibendum ne ab aequilissimis reprehensionibus gradus fiat ad quamdam amaritudinem, nimis acriem, & charitatis inimicam. Statuit quoddam veluti medium inter rationem, quae malum probare non potest, & ageritudinem hanc, quae in qualibet se nanciscitur, quod reprehendat, & nihil vel pari potest, vel dissimulare. Lenitas quoque moderatur zelum quemdam indiscretum, qui proficitur a superbia, quae nihil probat, nisi quod libidini illius conforme videatur. Verum si Lenitas fallacis veli epicit amaritudinem, cum errata vehementi oburgatione corripienda sunt, & corrigenda; ita ipsi correptiones melleat, ut nocens intelligat, te criminari potius, quam personam inimicum esse, & non nisi invitum, & gravate loqui. Lenitas etiam est moderari motum illum, qui in anima incalcescit, cum aliqua afficitur injuria, cum ipsi laudimur, & nomini nostro labe aliquid offunditur; quod illa praestat jugulans in nobis quosdam ultionis sensus, qui in nobis insurgunt, & nos urgent aliquid, ut poenas sumamus de injuriis, quibus laesit sumus. Haec igitur amabilis virtus cohibet in nobis omne desiderium ultionis, nec patitur, ut nosser erga proximum amor intepescat, & migret in iracundiam. Hoc nondum satis est, non permittit qui-

Variis effectus hae irae, quae multiformem personam induit.

Effectus, quos parit spiritus iracundus. Opponitur indignatio.

quidem, ut ex cordibus nostris nullum excidat verbum subamarum contra illum; a quo laudimur, & ut illi reprehensione aliqua ostendamus nos contra illum ob illas injurias successisse, quantumvis illas graves amor proprio videatur. P. Nepveu, & Recens Autor.

Lenitas admirabilis, qua Dei Filius toleravit, atque contempsit Samaritanos, magnum nobis est exemplum virtutis hujus, & moderationis a nobis in verbis, factisque omnibus servandae. Duo ejus discipuli Jacobus, & Joannes irati propter injuriam, quam insolens hic populus optatissimo suo intulerat infortunio, facultatem ab eo petierunt, elicendi ignem de caelo, ut calamitosos homines illos punirent. Magna erat duorum fratrum fides, zelus ardens, desiderium Salvatoris benedictio submissum, & nihilo secus respondit illis: necitis cupis spiritus estis. Lex Evangelii mei non est amplius Lex severitatis, ut Moisaica; neque spiritus illa, sed spiritus lenitatis, cujus ego ipse praebitorus verbi, & factis exemplum veni in Mundum. Filius hominis non venit, ut animas perderet, sed ut salvaret. Verbum sanctum, & divinum dignum, quod reverentia, & obsequio excipitur, dignum, quod in cordibus nostris caelestis. Exemplum, quod omnes homines sequi debent, saltem illi qui cum suavi hoc Domino in partem volunt accedere. P. Novet, & Recens Autor.

Dei Filius divinis exemplis voluit ostendere quomodo nobis agendum sit cum proximo nostro. Videte quanta patientia semper contempserit injurias sibi illatas; nunquam indignatus est; sicut male excipiebatur, alio se recipiebat cum discipulis suis. Quorsum hoc? ut nos intelligeremus, quod ubi de contentione, & injuriis agitur, disceptationes detredare, vincere est; & cedere est triumphare. Nos docet divinae legis hujus spiritum, ad quam standum in Mundo venit, esse spiritum moderationis, & lenitatis; se venisse velut Agnum ad Mundi peccata tollenda, non autem veluti leonem ad omnes perendos: se super peccatores lacrymas tantum effudisse: vel si unquam de caelo ignem elicit; hunc fuisse ignem Spiritus Sancti, qui lenitas, & amor est. Imitemur divinum hunc Magistram, & meminerimus, ut aliqua in re proximo nostro, & nobis vel proximis, induendum nobis esse hunc lenitatis spiritum, cujus exemplum ipse nobis Salvator reliquit; cum enim cor hominis liberum sit, non nisi per lenitatem amoremque illud nobis postumus conciliare. P. Novet, & Recens Autor.

Ipse Mundi Salvator hanc nobis amabilem doctrinam tradidit, & voluit, ut ab ipso illam perdisceremus: *Discite a me, quia mitis sum*. Non poterat ille, si dicere fas est, docere secretum & proximo, & nobis utilis; Qui enim lenitatem possidet, profunda non solum pace fruatur, verum etiam alii solidam, constantemque procurat. Ex profecto donec vosmet volueritis objicere parentis hominis iracundiae simili furore; quid aliud efficietis, nisi oleum camino addere, magis, magisque in illius animo ignem accendere, qui per hanc oppositionem majores, quam antea pariet vastitates. Sed paulisper exspectate; vosmetipsos moderamini, & per moderationem hanc adipiscimini gloriam non solum resistendi furoribus irae, verum etiam illos infringendi, atque triumphandi de feroci corde isto, quod jamjam omnia videbatur eversum. Lenitas vestra ignitos illius impetus retardabit, & quo magis videbitur ejus cedere iracundiae illi non resistendo, eo magis dominabitur rebeli huic anime, quae seclit debet ad suavissimas vestrae moderationis illecebras. *Autor Recens.*

Magnum secretum cohibendi impetus spirituum effervescentium, hominumque farentium, & violentorum est, ac via iustissima ad inimicorum gratiam promerendam est, illorum infirmitatibus compati, illorum excusare inbecillitatem, eisque tantum lenitatis exhibere, quantum in illis est levitatis, & asperitatis: constanti moderatione eorum furori omnem materiam subducere, quae posset illum fovere; imo etiam quibuscumque in occasionibus sibi honori vertere, illis cedere; mira, & abnormis quidem methodus, sed tamen honesta, & praecara ad vincenda corda indurata, & de pravo eorum ingenio triumphandum. In aliis praesertim semet contra inimicum acuendo, illum urgendo, ac in illum testa concurando, ille infirmatur, superatur, subjicitur; hic autem semet subiucendo, cer-

Lenitatem servare, est de salute nostre inmiscitium, quam colesse.

Lenitas efficit, ut de rebellibus triumphemus, illis non resistentes. *Matth. 23.*

Lenitas vincit noxas inimicorum in lenitate, & sibi honore vererendo, illis cedere.

endo, recedendoque, nec non subducendo materiam, quae cupiditati alimentum praebet, hinc resistendo, obicemque ponendo, triumphum referimus, & parum abest, quo minus dixerim, Deo similes simus. *Morales Sermones.*

Lenitas ex virtutibus illa est, per quam nostrae rationis tribuimus imperium, quod habere debet super nostros affectus; & per quam nobismetipsos dominamur. Unde hoc probatur? Ex utroque Testamento. *Manusisti hereditatem terram, & delitabuntur in multitudine pacis, inquit Rex Propheta; & quod mirabilis est, Dei Filius isdem fere vocibus utitur primum hunc lenitatis fructum nobis explicaturus. Beati mites, quoniam ipsi possident terram. Cur hoc? Quia sicuti terra inconculsa est inter agitationes, quas alia parant alimenta; ita lenitas animam statuit firmam atque constantem inter motus, ac rumorem, quem circa illam variæ edunt cupiditates. Sive perfectionis ignis exardescat ad illam inflammandam, seu ad tristitiam, vel desperationem illam adigere velit, sive conetur illam concitare tempestatibus, quas inique narrationes, & contumeliae cient: semper in centro suo manet; quia aequè distat a pusillanimitate & furore, ab ignavia, & iracundia; quae vitiosa sunt extrema quae illam circum undique premunt; satis quidem delicata, ut sentiat injurias; verum fatis generosa, ut isdem minime exasperetur, satis prompta ad agnoscenda aliorum in se mala merita; sed fatis superba ut sancto contemptu seipsum illis superiorem ostendat; satique dominans in eis ferat inter has extrinsecas agitationes, ita ut per stuporem immota permaneat, vel per impetum, atque violentiam e loco suo se proripiat. Hoc in sensu cum Propheta dicere possimus illi in hereditatem contigit terrae stabilitatem, & cum Salvatore, illam hanc possidere. Dicere possemus etiam, illam hoc pacto in antecessum consequi mercedem suam, & praecoci beatitudine perfrui prae aliis virtutibus, ex quibus quaedam in caelo dumtaxat praemium suum habitura videntur, cum interim liceat asserere, lenitatem in hoc mundo etiam beatam esse, quoniam efficit, ut qui amabilem hanc possident virtutem profunda pace contententur, ac in antecessum fruatur ea felicitate, quam Sancti in caelo uberem laborum suorum mercedem acquirunt. *Morales Sermones.**

Ipse Dei Filius ait: *Beati mites*. Quam beati vos estis, qui caelestis hac virtute ornamin, cujus elogium texere ipse Dominus dignatus est. Non solum dumtaxat pertinet ad vos aequè ac illos, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, sed terra quoque vestra est. Non solum consolationem in altera vita consequentem, ut illi, qui gemunt, & agunt poenitentiam, verum in hac etiam propter animi tranquillitatem quam vobis tranquillitas vestra procurat. Ita dicere possumus, vos duplici felicitate perfrui, quoniam beati eritis in Mundo futuro propter bonorum assuetudinem, quibus in caelesti Jerusalem inebriabimini, & beati eritis in presenti propter futurissimam cupiditatis imperium, irae videlicet. Beati eritis in Mundo altero; necessario enim ab omni malo eritis immunes; & in hoc etiam estis per statum firmitatis, & pacis, in quo vosmetipsos possiditis eo modo, quo nullus vel perceptor est, vel gloriosior in hoc Mundo. *Ex moralibus Sermonibus.*

Per lenitatem anima Christiana ostendit, quid possit, & quid sit, & si inter varias animi agilitates fatale hoc habet privilegium animae in captivitate detinendae, efficiendaeque, vitia dicam, ut praecipitanter ex seipso egrediator: suavitatis, quae hanc infirmam agilitatem, & quae huic vitio adversator ob causam profusam oppositam hanc habet admirabilem proprietatem efficiendi, ut anima femper sibi sit praesens, ut verum bonum suum intelligat, ut illam semper ad primam originem suam revocet, nempe ad hanc supremam auctoritatem, quam Deus illi creatis eidem super sensibilem appetitum conulat. Praeterea sicut amabilis hanc virtus, virtus est societatis, quae animas simul in solubili nodo ita connectit; cumque hanc publica sit virtus, & ad exemplum propofita, non solum hominum efficit cordis sui dominum, verum etiam alieni; concilians eidem amorem, & observantiam fratrum suorum, quos adhaec, & duplici via lucratur, quam nobis inquit scriptura per hanc Ecclasiasticam verba: *Multiplicat amicos, mitigat inimicos.* *Idem.*

Lenitas autem quodammodo virtutibus dominatur. *Psalm. 36.*

Matth. 23.

Virtus haec adeo praefans est, ut Dei Filius ipsum commendat.

Cum Deus homini dederit imperium super creaturam, qualem in creatione colaturam fuit.

Exil. 4.

Quam

Quamvis a nobis non exigit Deus, ut ita benevolam erga fratres nostros sententiam foveamus, qualis ille est materis erga filium, certum nihilominus est, valde, ut omnia civilis societatis munera adimpleamus, quae sita sunt in mutua necessitudine, & amicitia, quae invicem amare, & amari debemus, & quia in hac benevolentia non secus ac in aliis commerciis quidam inventur afflus, quodammodo recipimus, jubet a nobis amari proximum, ut ab illo amemur, & ut nostra agendi ratione illum cogamus, ut nobiscum eodem agat pacto, quo ipsi agimus cum eodem. Hoc consilio nos participes facit spiritus sui, qui spiritus est lenitatis. *Spiritus meus super mel dulcis*. Spiritus, qui pati nequit hos furores, hanc improbitatem duritiam, superbiam, quae fraternam charitatem perturbant; Spiritus e contra, qui nos sicut patientes, complacentes, affabiles, & qui per eodem titulos nobis tribuit ipsi reprehendendi proximum nostrum in virtus illius; imo etiam facit, ut illum reprehendentes donum acquiramus amorem illius conciliandi. *Ex Sermonibus moralibus.*

Lenitas duplex hoc obtinet privilegium, sacrae litterae testantur: *Multiplicat amicos, & mitigat inimicos*; recentes sibi adquiret necessarios, & in eorum, qui erant inimici, animos acquirunt imperium. Et profecto S. Joannis Chrysostomi sententia est lenitatem ita cordis humani motus moderari, ut quantumvis clausum sit, noverit sibi viam ad illud sternere; serius, oculus illud sibi conciliare. Aliquise laesus fuit contumelia, aut inofficioso aliquo verbo? Lenitas, quae nemini contumelia est, neque in aliquem impetum facit, ab hominis illius Spiritu, & oculis amovet, quidquid infamiae potuit iracundiam; & quemadmodum David cythara personae, quiescibat spiritus nequam, a quo Saul obfidebatur; similis ratione sublimis haec virtus, seu per modestiam, seu per sincera obsequia callet iram mulcere, mitigare, & si dicere fas est fascinare. *Spiritus meum incantat*. Alius exarbit, quia in faciem illi restitit; lenitas, quae sibi gloriae veritatem cedere, eum sedat; qui antea iratus obvium quodlibet subvertebat, imperus illius statim evanescit ad amabili hujus virtutis illi, quemadmodum tenebrae ad solis aspectum fugantur. *Idem.*

Contemptum amare, hoc jam est irae affectum perdomuisse, & lenitatis virtutem acquisivisse. Etenim contra quem magis irascimur? in illosne, qui de nobis pessime sunt meriti? non ita sane; sed in eos, a quibus nos maxime contemti existimamus. Cum superior nos punit ob parvum crimen, cum aliquis imprudenter nos laedit, cum altera in ipso statim pugnae ausu nos laedit, verum est nos tunc aliquo ira motu agitari; sed cum aliquis dedita opera, & oblationis causa nos irritat; ita nostra nullo potest fieri compesci, quia lesioni adhaec contemptus. Amemus ergo contemptum, & contemptus non irritabit nos ultra. Aliquando ipsi de nobis dicimus aliqua nobismetipsos contumeliosa; hoc non est amare contemptum quantum necesse est, ut acquiramus lenitatem; quia gravare feremus ab aliis dici, quae nos de nobismetipsis dicimus. Sed ut sincere diligamus contemptum, saepe animo repetamus noxas, quas contra Deum paravimus; tunc odio, acque indignatione pleni adversum nosmet non contemni solum amabimus, sed mirabimur quo modo non ab omnibus contemnamur.

Beatus ille, qui hanc possidet virtutem! per hanc a sexcentis peccandi occasionibus procul abest. Tranquillitas, quae fruatur, illum apertum efficit ad recipiendas gratiae impressiones; honorum affectum imstandi tibi, Salvator optime ea in virtute, quae tuas quodammodo extitit carader, quemam tutor nota praedestinatio. *P. Segneri in Meditationibus.*

Quantum igitur mihi lenitas est necessaria potissimum vero, si pauper sum per electionem, vel per necessitatem! Pauperitas quidem incessanter obicit me contemptum hujus mundi; illam ergo terre vel amare non possum, nisi quatenus lenitas christiana efficit, ut feram, vel amem contemptum hominum, quin succenseam. Domine, dicam hodie a te mitem esse, & humilem corde. Humilitas lenitate separari non potest. Duae virtutes haec eodem habent progressu, & sperare nequeo me visuram augeti lenitatem in me, nisi quatenus humilitas augeti, ut nullo in discrimine habundat. *Idem.*

Henry Bhl. Tom. II.

beam hominum existimationem, atque contemptum. Ut autem hanc praxim mihi praebes faciliorem, infunde mihi Domine spiritum pueritatis, quod non minimum est ex pretiosis muneribus tuis. Si te diligo, si te tamquam patrem meum revereor, possumne non submisisse, verum etiam non hilari, alacrique animo recipere humiliatationes, quibus me exercere dignaris? *Idem.*

Consideremus imagines, quas fuisiipsum nobis Jesus Christus proponit sub specie boni pastoris. Quia lenitate querit errantem ovem, qua bonitate eam suis imponit humeris, ut illi ipsum itineris laborem imminuat? Quem nobis mansuetudinis suae conceptum adstruit sub imagine Patris filii Prodigii? quo gaudio, quam hilaritate eum recipit? Apage frigidum oris habitum, amarique correctiones; convivia parantur, laetitia significationes, concentus mulici. Duo ex Apostolis Jesu subamaro zelo correpti volunt, ut ille de coelis eliciat flammam ad ingratam civitatem comburendam, cujus aditu prohiberi fuerant: qua bonitate illorum acrem ardentemque zelum corripit? Mulier, quae male audiebat in civitate ad illius pedes procumbit: Murmurat Phariseus damnatae nimiam Salvatoris indulgentiam; ipse vero Salvator peccatrici causam intuetur. Denique consideremus solum, quod in Evangelio de adultera narratum est. Deprehensa in eo scelere, de quo instrumatur, adoret ejus flagrantem mortem: qua suavitatis Salvator excipit mulierem hanc vere contritam! Mulier ubi sunt, qui te accubant? nemone te condemnavit? nemo, reddit illa; ne ego quidem te damnabo, abi hinc, & ne adicias peccare. Majorne fingi suavitatis potest? Post haec zelus nosser erga peccatores aliquam habere debet amaritudinem, & duritiam? *P. Croiset in Exercitationibus Aethiis.*

Exemplum Jesu Christi maximi momenti documentum est, quo docemur, aperiam, morosamque virtutem, zelum durum, ac amarum, charitatem acrem, & parum compatientem fallaces esse virtutes. Amor proprius, ingenium, natura ferunt personam virtutis, cui nihil praeter speciem virtutis est, & omnes, qui pietatem, charitatem, & zelum proferunt, & qui tumultuosi sunt, malo, & inquieto ingenio, duri, ac morosi, in gravissimo errore versantur, si se verum zelum, veramque virtutem habere arbitrantur. Prima lectio, quam nobis Salvator proponit statim ac illius scholae adnumeramus, haec est, ut ab eo vere humiles, & mites esse dicamus: *Discite a me quia mitis sum, & humilis cordis.* *Idem Tomo 2.*

Nil melius prodit immortalitati animam, quam lenitatis defectus. Contegit amabilem virtutem hanc vobis comparare, quae reliquorum alimentum est, & ornamentum. Nihil magis pietati officit, quam pravum ingenium, ac durities eorum, qui pietatem profiterentur. Erga omne mortalium genus mitis esto. Sunt ne tibi filii nequam, domestici difficiles, & a pietate abhorrentes? habesne virum parum fidelem, ac ingenio aspero? scias omnia per lenitatem curari. Inspice naturam, ingenium, & affectum, qui tibi dominatur; & quocumque obices invenieris, omnia Deo favente superabis. Nunquam nisi moderato vocis tono loquaris. *E* vita quidquid iracundiam, & acrimoniam sapit. Zelus tibi est; amaram salutem operam datus, lenis esto: aliquando ludes operam. Zelus amarus repellit; zelus ardens cum suavitatis ferius, oculus efficax est. Nemo contra iram non rebellat; nemo non dat victas manus christianae lenitati, quam comitatur sapientia, & quam Dei spiritus animat. *P. Croiset, ibidem.*

Lenitas irae opposita est, non secus ac humilitas superbia. Cum autem non sentitur in corde vulneratus, quod oritur ex tumore vulneratae superbiae facile est lenitate erga alios truci, sed opus est, ut lenitas haec generalis, ac nullis finibus circumscripta, eodem fere pacto quo humilitas, ita ut nullas excipiat injurias, ac contumelias, neque taliter affecta sit ut ab hoc quidem omnia, ab alio autem nihil perpeti velit. Denique quicumque vocatur, ut sit corporis alicujus membrum, vocatur ad vitam sociabilem; & ad sociabilem cum fratribus vitam ducendam, necesse est ex D. Bernardo, ut a Sancto Sanctorum lenitatem, ac bonitatem discamus. *Tourneux in Anno Christiano Tomo 10.* Quamvis praxis humilitatis, lenitatis, patientiae non debet, nec potest a charitate separari.

Jesus Christus fuit perfectum lenitatis exemplum.

Idem evitae non docet virtutem asperam, & molliam.

Veram moderationem asperae non possidimus, nisi nobis a tribus doctissimis.

Non facile est modeste esse superbiae ingenio, integritate & generalis lenitas quaeritur.

Lenitas, & humilitas non debet, nec potest a charitate separari.

Zzz eam

